

primo ducere constitueram. Ecce
quām animus meus promptus ac ex-
peditus ad gratificandum. Mihi in
votis, ut ista responsoria sit ex tuo
voto, si plausu digna aestinanda, im-
pensi laboris haud pœniteret, cum
tali de re discursus institutus, de quā

per totam meam 78. annorum æta-
tatem, nulla unquam cogitatio ob-
repserit, sine ullius Authoris admini-
culo, solius Rationis dictamine exa-
ratus: utrum clavum attigerim, Ge-
nicio tuo dextre ac candidè dijudican-
dum committo.

EPISTOLA IX. Adeundem.

Quod nuperà mea respon-
sione , te magnò beneficio
& gaudio affectum , inge-
nue es professus , & in meo
pectore lètitia concitata , & animus
excitatus , ad telam cæptam perte-
xendam . Notum ac tritum illud
Græcorum : Ὅσ πόνος ἀπίτια λεπ-
υς : Ratiōnes reverberant , aut ever-
tunt ratiōnes , nulla argumenta tam
probē munita ac firma , quin enerva-
ri & in dubium vocari queant , tan-
ta est argutia humana .

Idem experitur nupera mea responsoria, cui quædam instantiæ & dubia objecta, ad diluendum. Talis quidem disquisitio haud videtur infructuosa. Prout enim ex filice, aut chalybe attrito ignis scintillæ exili-
re solent, ita ex mutua sententiarum collatione, relucescat veritas. Cum ista materia haud sit de pane lucra-
ndo, nec operæ premium existimem
eius gratiâ, multum temporis tere-
re, non minus, cum intelligam,
meam resolutionem haud inacce-
ptam fore, æquitatis Essè duxi, viro
amicō gratificari, calamum denuo

in manus sumere , & proposita dubia reddere magis dilucida. Quoad 1. Alexandrum à primo paroxysmo convulsorio , nullam aliam passum invasionem Epilepticam , ergo non opus ratione paroxysmi , uti medicamento purgante , quod 1. aphor. 20. eā die 4. sint prohibita. Utrum autem à primo paroxysmo spasmatico ; Alexander nullum alium sustinuerit , ^{πάκιστος} cum de isto nihil certi constet , & opus demonstratione. Sit ita : Alexandrum à primo insulatu Epileptico , nullo alio correptum , quid quæsto prohibet , aut obstat , quo minus purgans cum fructu exhibendum , ad præcavendam recidivam , & eliminandos vitiosos atrabilarios & æruginarios humores illius symptomatis effectores , cum illi neque beneficio Naturæ , neque artis opera , primis diebus evacuati , annos consultum , eos dimovere , ad prohibendum paroxysmi recursum . Id quod etiam plerique Medici in quotidiana praxi observare soliti . Noratu dignus casus adolescentis , cuius Galenus in comment. lib. 5. aphor.

aphor. 1. mentionem facit, qui bilem æruginosam evomuerat, & inter vovendum, totum corpus convulsum, illæ evacuatæ, febrem statim & convolutionem cessasse. Consimilem casum mihi olim in quodam meorum filiorum observare contigit, qui ex febre continua decumbens, gravissimis convolutionibus Epilepticis exagitatus, liber ac immunis non factus, n̄ per vomitum rejecta materia subviridi, ceu bile æruginosa. An Philippus quibusdam conjecturis fretus, animadvertisit, in Alexandri corpore redundantæ consimiles excrementios humores, qui requirant evacuationem, ad prohibendum paroxysmis redditum & procurandam sanitatem magis firmam ac constantem.

Cum adolescens ille Galeni, & meus olim filius, robore Naturæ irritatae, copiæ & malæ qualitate, virulentæ illius bilis, dum ea excreta, à convolutionibus immunes redditi, quidni & Medico licebit Naturam æmulari, & eam à consimili spurcie humorum levare, ad præcavenda imminentia symptomata.

Aphorismus ille Hippocraticus mihi non refragatur, quin potius suffragium ferat, dum ait: Quæcumque judicantur, & judicata sunt integræ, seu perfectæ, non movenda sive medicamentis, sive aliter irritando, sed sinenda. Iste aphorismus loquitur tantum de febribus acutis,

si crisis perfecta præcesserit, ut Natura excretis vitiosis humoribus, velut, causâ morbifica, tota purificata nihil residui, quod evacuatione efflagiter, Naturam in suâ integritate imperturbatam relinquendam, cum medicamentum nihil inveniat, in quod agat, quin id, quod bonum, aggrediatur, & humores nutritios, seu humidum radicale colliqueret, id autem intelligendum de veterum violentis pharmacis, juxta illum aphor. 36. lib. 2. qui salubritatem corporis habent, cum per medicamenta purgantur, citò exolvuntur. Si autem crisis obtingat imperfecta, ut conjectura, restare corruptos humores, eos ipso etiam Hippocrate anniente, licebit evacuare, ne recrudescat morbus, non tantum post 4. sed plures etiam dies, præcertim si benigniora medicamenta exhibenda, quibus antiquiores destituti, ideo in purgando corpore erant tam cariosi ac solliciti, ne quam noxam inferrent. Hippocr. lib. 2. aph. 12. Quæ relinquuntur in morbis post judicium, recidivas facere consueverunt.

2. Si Philippus bezoarticum alterans, quod ab antiquis etiam medica fortis, dictum, exhibuit, post triduanam inediā, an non a quo graviora metuenda symptomata, ac si purgans oblatum. Cum Bezoartorum magna sit discepantia, imbecilliora vel fortiora, cum præcepta secu-

seculo benigniora, qualia nostro
ævo usitata, Medicis fuerint inco-
gnita, sed theriacalia, aut consimilia
tantum alexiteria ad manum. Cum
Gai. lib. d. Ther. ad Pilan. 17. illo-
rum usum pueris interdixerit, ob
corporis constitutionem mollem
ac resolubilem. Cum non sit pro-
portionata calori nativo, ut ob ni-
miam ac intensam aetivitatem, faci-
lè suffocentur, haud secus ac oleum
lucernæ ardenti copiosè affusum,
flammam exiguum restinguat. Idem
Galenus lib. 5. simpl. med. fac. 17.
asserit: Alexiteria media esse inter
venena & corpus humanum, præfer-
tim si in dosi excessu committatur,
veneni Naturam subire, strangu-
landocalorem nativum & resolven-
do spiritus vitales, ea ratione antido-
ta illa etiam medicamenta fortia
nuncupanda. Si Philippus post tri-
duanam demum inediā, Alexan-
dro bezoarticum obtulit, Natura
ob tam diutinam abstinentiam val-
de viribus exhausta, libens conces-
serim, ab eo, Alexandrum non mi-
nus, ac si purgans ingestum, in lipo-
thymiana stomachicam, ob resolu-
tionem spirituum vitalium, incidisse:
non mirari soleo, ipsum, syncope
correptum, sed majori admirationi,
non à morte abreptum. Id quod in
nuperā postremā peste ab usu bezo-
articorum benigniorum, multis cō-
tigisse, recordor, haud abs re vel uni-
cum casum, albo calculo notandum,

proponere, viri hujus Reip. prima-
rii, cui cum vesperi peste infectus,
sequenti matutinā 6. tantum grana
lap. Bezo. oblata, imperando, ut de-
super lecto opertus, per bihorium
sudarer, quoad virium tolerantiam.
Sed quid contigit? Bonus ille vir,
definito sudandi spacio vix absoluto,
cum sudor abstergendus, ex inopi-
nato, dissipatis spiritibus vitalibus,
vitam cum morte commutavit. Exin
nihil miti, si Alexander triduanā fa-
me corpore macerato, ab accepto
multo fortiori bezoartico, periculu-
sis symptomatis occupatus, sed ro-
bore Naturæ in vita conservatus.

Si Philippus tertio demum dic,
Alexandro jam integritati corporis
& mentis restituto, bezoartica por-
rectit, an non merito insimulandus
neglectæ incolumentis regiæ, cum
ab initio illa exhibenda, symptoma-
tis obviando, non procrastinando
& ociosè spectando, dum Naturæ
absq; præsidis se recollegere, alias
facilè contingere potuisse, ut Ale-
xander, interveniente illâ remorâ,
priùs vi morbificâ defunctus, quam
serotina illa medicina præparata.

Sive autem purgans, sive bezoar-
ticum Philippus à triduanâ inediā
exhibuit, utroque modo culpandus
venit, licet Alexander vim medica-
menti sustinens evaserit, majori id
factum felicitate, quam artis peritiâ,
sicut Suetonius de Antonio Musâ,
retulit, ob restitutum Cæsarem Au-
gustum,

gustum; prout à me superius in se-
cunda Epistola, denarratum.

3. Utrum si offeratur aëger ex lo-
tione frigidâ attonitus & convulsus,
die 3. 4. exhibendum purgatorium
vel bezoarticum, hac utendum di-
stinctione arbitrarer, si ex lotione
frigidâ illa symptomata causata, quin
statim ab initio fomenta calida adhib-
enda, & bezoartica porrígenda, ad
calorem revocandum & malignita-
tem discutiendam, ut eò citius Na-
tura se recolligere valeat, nec cun-
ctandum in 3. 4. diem in morbo alias
præcipiti, ubi longior mora est le-
tifica: si verò patiens vires jam rece-
pit, & artificiosa adsit conjectura, in
tali subiecto residere cacochymiam,

quin convenienti pharmaco, pro ra-
tione virium succurrendum, non vi-
deo rationabile obstaculum.

4. Utrum ista purgatio, non po-
tuerit institui per clysmata, quin &
ista cum fructu injicienda, ad revel-
lendos & evacuandos vitiosos hu-
mores, sed priùs ponderandū, quo in
loco illi hæreant, si in ventriculo, &
intestinis superioribus, aut viciniā
subsistant, præferrem purgantia per
os ingesta, si in intestinis inferioribus
& mesenterii regione delitescant,
enemata anteponenda existimarem.
Hæc mihi respondenda obvenere,
ut tuo satisfacerem desiderio, suum
cuique liberum, per me, esto judi-
cium.

EPISTOLA

HN animo meo haud levis
concitata est admiratio, ob-
superam responcionem,
ad quæstionem, cur Philippus
tertio demum die, potionem
medicam Alexandro exhibuerit,
hunc antiquorum diatritiorum
morem fuisse, antè triduum medica-
menta non præscribere, cuius Se-
cæ author Thessalus constitutus,
quem Philippus secutus: id repu-
gnat authoritati Galeni nostri, qui
lib. 1. Meth. c. 2. tradit: Thessalam
vixisse Romæ, sub Neronis regimi-
ne, qui aliquot seculis post Alexan-
drum, potitus est imperio, ita & Phi-
llippus ipsi coævus, ut aliquot cente-

nis annis, Thessalam præcesserit, ni-
hil igitur de ista sectâ illi cognitum,
nec triduanâ inediâ Alexandro ex-
carnificato, qualcunque tandem
medicamentum porrexerit. Mihi
rationabilius videtur, cum Alexan-
der gravioribus symptomatis con-
vulsiis correptus, ut de virâ peri-
clitari judicatus, Philippum sano
consilio, medelam distulisse, inser-
vientis tempori & commodiori ocea-
sioni, dum ille recuperavit vires
corporis & remissio symptomatum
observata, interea in reficiendis vi-
ribus per selectam diætam, & cor-
roborantia remedia occupatum, &
tertio die potionem purgantem ob-
tulisse,

Qq